



168

1. J.

2. J.

3. J.

4. J.

5. J.

1683

1. J.

2. J.

3. G.

4. L.

J.



1682

1. Derbach, Joh. Nephtus : De titonia
2. Funck, Sebastianus : Hypomnemata de geracio.
3. Stueckrath, Franciscus : De prescriptione reges et principes summos distingente.
4. Tesmar, Johannes : De lege irrationabili
5. Tesmar, Johannes : De executione ultra processum.

1683

1. Meza, Johannes Conradus : De immissione et adjudicatione
2. Buzmeister, Paulus : Jus singulare pupillarum et minorum
3. Guedens, Johannes : De satisfactione pro expensis et conventionibus
4. Schleich, Georgius Fridericus : Tripartita successio filiorum regalis, feudalis et allodialis

1683.

5. Ternar, Joh. : Receptale Fione
6. Waldschmidt, Johannes Laurentius : De igne perpetuo.
7. Wolff, Johannes Hermannus : De transactionum
cautelis

1684.

1. Cooper, Otto : De mutua.
2. Curtius, Joh. Henricus : De teste unico.
3. Pinold, Joh. Henricus, Ischus Schuetz : De experien
tione auth, si testes productus Cod. de testi
bus.
4. Ternar, Joh. : De circumventionem licita.
5. Zamschifferus, Otto Philippus : Testamentum
nuncupativum moribundi Germanici et est
normina jus vel dictoria oratio, juxta Tacitum
lib 2. annal. cap 71. ad amicos habita.
6. Zamschifferus, Otto Philippus : De jure nuntiationum

1685

1. Buzk, Joh. Godefridus: De successione anomala
sive extraordinaria
2. Franz, Joh. Michael: De cancellatione instru-
menti
3. Herckman, Jan. Matthias: De homicidiis.
4. Burghaffer, Georgius: De adulterio impunito.
5. Zimmischifferus, M^o Philippus: Principi clemens.
6. Zimmischifferus, M^o Philippus: De privilegiis
professorum-

[Faint, illegible handwriting on aged paper, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





173



DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
DE

PRÆSCRIPTIONE,

Reges & Principes summos

adstringente,

Conscripta

&

Adspirante Divino Numine,

EX

AUTHORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI

DOCTORUM ORDINIS,

IN ILLUSTRIS ACADEMIA MARBURGENSI

PRO LICENTIA,

Summos in utroque jure Honores & Privilegia

DOCTORALIA

legitimè obtinendi,

PUBLICO & SOLENNI EXCELLENTISSIMORUM

DOMINORUM PROFESSORUM Examine

Subjecta

In Augusto Doctorum Collegio

A. D. IX. Calend. Septemb. MDCLXXXII.

à

FRANCISCO Stückradt/

SONTRA-HASSO.

Marburgi Cattorum,

Typis JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.

2,196. 8.
800
4682,3

*S. Stückradt
Præscriptio*



DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.
RECEIVED

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.

RECEIVED
DEPARTMENT OF INDIAN AFFAIRS
WASHINGTON, D.C.





PROOEMIUM.

In vastissimo juris pelago thema elaborandum, pro summis honoribus circumspicienti, vix fluctuantem animum, in diversa tractum, componere licuit.

Nonnulla enim pulchra & utilia in amorem sui rapiebant: Sed quòd tot doctissimorum Virorum lucubrationibus lævigata essent, tanto splendori lumen offundere non decebat. Alia verò non levioris commatis, & vix paucis delibata objiciebantur: ex quibus, cùm meo labori plus tædii, quàm jucunditatis ominarer: quòdque discrimine vix careat, viam paucis notam ingredi, ad alia appellendum animum duxi, quæ Lectori, non tam rei dignitate, quàm accommodato his temporibus usu se commendarent. Quoquo enim te veritas, audies lachrymas & gemitus, quas *prætensiones & dependentiæ* plurimis ex intimo pectoris evocarunt. Verùm enim verò quam

quam tanta esset thematis electi pulchritudo
 & utilitas, absterrebant tamen cupidum, & dif-
 ficultas, & virium mearum imbecillitas. Non
 succumbere enim non potest, qui impar hu-
 meris onus impoluit. Quid meæ tenuitati cum
 pondere, Herculeum etiam vel Atlanteum ro-
 bur pressuro? Audendum tamen censui, quod
 illud quoque non lateat: *in magnis & voluisse
 sat esse.* Ecquis unquam eò cogitationes sustu-
 lit, ut pares materiæ cuiquam enucleandæ vires
 sese adferre arbitraretur? Tentandum nihilo-
 minus sapientissimi quique semper duxêre:
 & quicquid roboris summus concessisset mo-
 narcha Deus, in Reipubl. commodum impen-
 dendum. Ut succensere mihi nemo jure possit,
 quòd aliorum exemplo, tam arduæ disquisi-
 tioni adjungere mentem sustineam. Quod ut
 aggrediar, unde semper Imperator, & mihi ex-
 ordiendum arbitror à nomine summi L. lato-
 ris & Domini nostri Jesu Christi, cujus auxiliũ
 & præsidium votis humillimis invoco, ut san-
 cti spiritus flamine ita coeptis meis aspirare ve-
 lit,

lit ,quò labor meus omnis in gloriam sanctis-
 simi ipsius nominis societatis civilis emolu-
 mentum, perennem reipubl, tranquillitatem,
 mutuam stabilemque principum concordiam
 cedat. Et quia distinctio haud modicum omni
 disputationi affundit lumen, mea hoc ordine
 dispescenda est. Primo capite quid sit præscri-
 ptio, cui, quid & quomodo præscribere liceat
 tradetur. Secundò quo jure fundata & intro-
 ducta sit præscriptio. Tertiò an immemo-
 rialis præscriptio Reges & Principes soliùs Dei
 imperio subjectos adstringat. Quartò deniq;
 quæ in nostram sententiã pugnant diluentur.
 Sit itaque cum bono Deo.

CAPUT PRIMUM.

§. I.

PRæscriptio à præscribendo nomen habet, quòd variè
 explicant *Zanger. de except. p. 1. cap. 3. num. 28. Hottom. &
 Bacchov. ad tit. inst. de usucap.* Hoc à præ & scribere, quod
 idem est, ac rei alicui modum præstituere, præfinire vel
 limitare uti tradit *Calvin. in lexico verb. præscribere add. jac.
 Gothofr. comment. ad l. 4. C. Theodos. Finium reg. §. ea ut recte;*
 Sumitur autem vel Grammaticè, uti jam dictum, vel
 juridicè, iterumque i. pro quacunque exceptione, ut in
*l. penult. & ult. C. de except. l. 11. in fin. ff. de except. rei judic. l.
 91. ff. de solut.* Præscribere etenim idem tunc est, atque di-

A 3

ctitare



Et itare & ostendere alicui, quomodo se gerat, & quid
 facto opus sit; Id autem facere intelligitur omnis reus, qui
 exceptione utitur, quod optimè declarat exemplo *Iohann.
 Zanger. l. c. num. 29. pag. m. 31. 2.* pro exceptione ex posses-
 sione iusta lege temporis definita *t. t. C. de præscript. 30. vel
 40. annorum.* Denique 3. pro modo acquirendi dominium
 per longam possessionem *t. t. Inst. de usucap.* Donellum
 quidem & Covarruviam cum asseclis præscriptionis vo-
 cem semper exceptionem nunquam acquisitionem in
 iure denotare, statuisse auctor est *Rittershusius dissertat. In-
 augurali de præscript. ex quasi possess. th. 4.* Sed tamen hoc
 falsum esse præter textus allegatos evincunt *Dni. Vultejus,
 Struvius, Ludv. vell. ad instit. Cujacius ad l. 21. ff. de usucap. Bo-
 cer. de præscript. feud. c. 1. num. 2. Borcholt. de feud. c. 7. p. 3. n. 3.*
 Synonyma quodammodo hodie esse præscriptionem &
 usucapionem videtur probari *p. l. unic. de transformanda usuc.
 vid. Arum. exercit. 6. th. 3. & Foman. D. 11. th. 1.* Siquidem
 res corporales & usucapiuntur & secundum jus Justinia-
 neum novissimum etiam præscribuntur. Differunt tamen
 quòd res incorporales præscribantur tantum *l. 3. C. de præ-
 script. 39. vel 40. annorum confer. l. 25. ff. de usucapionibus l. 19.
 ff. ex quibus causis maj. Vult. lib. 1. jurispr. Rom. c. 71. num. 10. &
 11. Idem in Comment. ad Inst. eodem tit. num. 10.* Hinc pa-
 tet, præscriptionis naturam in usucapionem quoque trans-
 formatam, ita quidem ut omnis usucapio possit dici præ-
 scriptio, non tamen contra omnis præscriptio sit usucapio,
 sed ea duntaxat quæ in rebus corporalibus, quæ possideri
 possunt consistit. *l. 2. C. de præscript. long. temp. l. 43. §. 1. ff. de
 A. R. D. Adde Parlador. l. 1. rer. quot. c. 1. §. 1. & seq. maximè
 10. Vult. alleg. loc.* Quamvis hoc vix recipi posse dicit *Wil-
 helmus Ludv. vell. exerc. 6. th. 7. lit. c. cum jac. Cram. disp. 9. th.
 6. pro-*

6. propter l. 4. §. fin. l. 10. §. fin. de usuc. l. ult. C. de long. temp. præscript. l. alleg. unic. de usuc. transf. Quod suo Autori defendendum relinquo. Interim absolutè nequaquam probo, quod eadem th. in fin. sub l. c. asserat, hodiè ex Constit. Justin. præscriptionis & usucapionis jura ferè confusa esse, ut vix ulla superesse videatur differentia per cit. l. unic. secutus Treutler. disp. 22. th. 1. lit. H. in fine. Donell. §. comment. 4. §. & Schnob. Disp. 20. th. 27. qui etiam differentiam omnem inter usucapionem & præscriptionem expressè negant: licet enim largior ambitus præscriptioni sequentibus temporibus fuerit concessus, attamen exinde nondù sequitur ejusdem naturã cum usucapione suo conceptu formali fuisse confusam aut commixtam Vid. Anton. Perez ad t. C. de long. temporis præscript. add. Hugo de Roy de eo quod justum est. l. 3. t. 1. Sed rem in cortice ulterius contemplari desino & ad nucleum ipsum accedo, dispiciendo quid sit præscriptio cum temporis certi, tum immemorialis: Illam cum Vultejo in lib. 1. jurisprud. sua Rom. c. 71. in pr. ita definire libet: quòd sit acquisitio domini per continuationem possessionis tempore legitimo. Fluit hinc definitio præscript. immemorialis: quòd sit acquisitio domini per continuationem possessionis tempore immemoriali.

§. 2. Ut autem ad evidentiores materiæ nostræ cognitionem per veniamus in causas & effectus præscriptionis utriusque speciei breviter inquirendum. Causæ autem cum sint vel internæ vel externæ, primò de internis, quæ sunt materia & forma, videamus.

§. 3. Materiam in qua, sive subjectum præscript. temporis certi, constituunt omnes, qui dominium acquirere

&

& possidere possunt, quales secundum jus civile sunt omnes cives Romani, non verò peregrini, vel servi *l. 118. de R. j. l. 44. §. 7. ff. de usucap.* Materia circa quam est quælibet res præscriptibilis, quæ in dominio & possessione esse potest. Hinc res quæ nullius, divini sc. juris sunt, non præscribuntur. *l. 9. ff. de usucap. l. pen. ff. de mortuo inferendo.* ut & res meræ facultatis *arg. l. 2. ff. de viapubl. & itiner. publ. refic. Gail. 2. observat. 18. n. 4.* quia antequam fiant non sunt in rerum natura, deinde etiam in mero factò consistunt nihilque juris ponunt cui præscribi possit. Item res publicæ *l. 45. de usurp. & usuc.* Cùm eæ dominio singulorum aut privatorum hominum non subjiciantur *§. 6. Inst. de R. D.* Subjectum præscript. immemorialis sunt Reges & Principes inter se, privati enim contra rempubl. præscribere non possunt *Plutar. in Themistoc. & Catone Censo. vid. Bodin. de Republ. lib. 1. c. 10. in fin.* Objectum verò sunt Regalia, quæ sunt de summo imperio quæq; summus princeps in signum principalis præeminentiæ ac prærogativæ sibi reservavit. *Bald. consil. 124. num. 5 lib. 1. Vasq. ill. cont. c. 22. n. 19. Hartm. Pist. q. 46. n. 22. lib. 2. & sexcenti alii per Gabr. Rom. congesti in tr. reg. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. n. 3.* multorum auctoritate hoc confirmat *Sixtinus de Regalibus c. 5. num. 144.* Verùm sunt nonnulli, qui omni prorsus præscriptionis commercio regalia eximere videntur, ut *Knich. de vestitur. pact. part. alt. c. 5. n. 171.* imò nullam adversus superioris potestatem præscriptionem currere posse dicitur *c. 12. X. de præscript. Cornel. Benincas. ad rit. de constit. princ. quæst. 7. n. 76.* aded ut nemo cujuscunque temporis beneficio à Principis sui superioritate liberari queat, *Gail. 1. obs. 21. n. 6. Vasq. Illustr. contr. c. 2. n. 14. & c. 78. n. 4. Mod. Pist. vol. 1. Consil. 4. n. 28. Treutl. vol. 1. Disp. 3. th. 7. lit. c. in allegat. Georg. Acac. Enenck. de privileg. jur. civil.*

vil lib. 2. c. 5. n. 68. Calefat. de equestr. dign. n. 139. Parlador lib. 2. rer. quotid. c. 1. n. 15. Engel. in disquisit. de jurisd. imper. th. 101. His accedit textus in *l. 6. C. de præscript. 30. verò 40. annor.* ubi Imperator Augustus omnem præscriptionem adversus publicarum functionum solutionem prohibet. Unde consequi videtur, præscriptioni circa regalia jura summo Principi reservata & ab ejus majestate dependentia, locum non esse. Verùm cuncta hæc non obstant nec regalium præscriptionem subvertunt, cum satis disertè defendat *c. 26. X. de V. S.* Et præterea regalia præscribi posse inde manifestè patet, quod per expressam imperatoris concessionem adquiri ea inferiori queant, tantundem enim regulariter immemorialis præscriptio quantum specialis concessio perficere valet, *l. fin. ff. de aqu. & aqu. plu. arcend. l. 3. §. 1. ff. de aqu. quotid. & æstiv. Bocer. de jurisd. c. 8. n. 106. Knich. de Sax. non. provoc. jur. verb. jus c. 1. n. 121. Schrad. de feud. pars. 10. n. 238. Raph. Fulgos. consil. postum. 13. n. 5. & 8.* Diutina enim possessio maximè verò immemorialis firmissimam præsumptionem voluntatis possessori tribuit, non eludendam, nisi certissimis impotentiae adversæ partis demonstrationibus, quod scilicet amittens & ejus successores ex tanto temporis intervallo non poterint recuperare res suas & de jure integro conservando sæpius sint protestati, vel denique quod potius est ad iudices aut arbitros provocaverint.

§. 4. Hinc forma respectu ejus, contra quem præscribitur, consistit in omissione actionis intra certum tempus, in quo aliàs agere poterat, respectu verò ejus, qui præscribit in justa possessione temporis lege definiti *l. 3. ff. de usuc.* Possessio enim ejusque perennis continuatio est fundamentum præscriptionis, eo itaque rupto & collapsò,

B

ruit

ruit quoque quod inædificatum illi est *l. 25. l. 31. §. 1. ff. de usucapionibus* Carpz. 1. Resp. 36. pr. & Resp. 66. n. 12. addatur Puffendorf de I. N. lib. 4. c. 12. §. 4. Possessionem justam conciliant titulus, bona fides & traditio auctoris voluntate facta. Titulus causam possidendi significat *l. 13. §. 1. de petit. hered. l. 11. C. eodem.* quæ debet esse justa & legitima & ad transferendum dominium idonea *l. 23. C. de R. V. l. diutina. C. de præscript. long. temp.* Dividitur autem titulus in generalem, quæ dicitur pro suo & ad omnes possessionis acquirendæ species applicatur *l. 3. ff. pro suo* & specialem quæ nomen habet certum, ut pro donato, legato, derelicto emptore, herede &c. *Vultejus d. c. 71. §. 44.* Bona fides hic est illæsa possessoris conscientia, qua ab eo, quem alienandæ rei potestatem habere verisimili ratione motus credit, rem legitimè & sine fraude est consecutus *l. 109 de V. S. l. 23. ff. de contrah. empt.* Ea jure civili ab initio saltem possessionis in præscriptione longi temporis requiritur adeò ut mala fides post inchoatâ usucapionem non noceat *l. unic. C. de usuc. transform.* Cum per possessionis apprehensionem constituitur jus ad domini adeptionem, cui superveniens mala fides quæ facti est non debet nocere vel prævalere *l. 48. §. 1. de A. R. D.* At jure Canonico, quocumque tempore mala fides superveniat, eandem interpellat *C. fin. de præscript. C. literis §. porrò X. de rest. spoliat.* Longissimi verò temporis præscriptio juri pandectarû incognita, jure autem Codicis m. absque bona fide procedit *l. ult. de annuali except. l. 3. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* De Jure verò Canonico bona fides omninò requiritur. *Cap. 2. de R. I. in VI. c. 5. c. fin. X. de præscription.* Idque usu receptum & in Camera quoque observatum testatur *Myns. cent. 4. observat. 6. Gail. 2. obs. 18. num. 7.* Quamvis enim nonnulli
 jus

jus civile in imperio nostro potius servandum esse con-
 tendant *Wesenb. Cons. 5. n. 30. & seq. Vult. ad pr. Inst. de usuc.*
num. 40. Forst. D. 9. th. fin. tamen à communi & recepta opi-
 nione facile recedendum non est. Forma præscriptionis
 immemorialis consistit in immemorialitate, ut ita per *ὄρα-*
ματοποίησιν loqui licet, possessionis, hoc est, in possessione
 ejus temporis cujus initio memoria non extat. Tempus
 hoc per certum numerum annorum determinari nequit,
 quandoquidem illud videmus subinde in praxi observari
 & pronunciari sequenti modo: **Das** Sempronius, seine
 Eltern und Vorfahren vor 60. 80. 100. und mehr
 Jahren/weit über Menschen gedencen/mit den Scha-
 fen aus dem Vorwerck N. auff der von N. Feldern/
 Acker und Fluhr gehütet und getrieben haben; Zum
 andern ist wahr und Zeugen wissens/ daß sie es nicht al-
 lein für ihre Person also gesehen / sondern auch von
 ihren Eltern und andern solches also gehöret und nie
 anders erfahren noch gehöret haben / denn das Zeu-
 genführen/und seine Vorfahren je und alle wege mit
 ihren Schaafen auff der von N. Fluhr getrieben und
 gehütet haben / und niemand seye der anders ge-
 dencke; *Schneid. ad tit. de usucap.* Quamvis autem
 quod hic addendum, accuratè loquendo differat tempus
 immemoriale s. tempus memoriam excedens à centena-
 rio, tamen tempus C. annorum plerumque m. illo nomine
 venit, quod communis humanæ vitæ terminus habeantur
 anni C. Et hocce immemoriale tempus, quia quasi infini-
 tum est moraliter idèd ejus temporis silentium ad
 rei derelictæ conjecturam semper sufficere videtur. *Grot.*
de I. B. & P. lib. 2. c. 4 n. 7. Hanc quoq; communem omniū
 S. R. I. procerum sententiam fuisse testatur *Recess. imp. de*

anno 1548. §. 64. Wo aber innerhalb Menschengeden-
cken der außgezogene Stand dem Reich einmahl oder
mehr gesteuert hette/ so soll solcher Stand mitler Zeit
rechtlicher Eyörterung der Sachen/ der Steuer nicht
befreyet seyn/ sondern dieselbe zureichen schuldig seyn.
Inde à contrario sensu infertur esse quietam temporis im-
memorialis possessionem, quæ libertatem & exemptionem
ab ejusmodi & consimili subjectione tribuit & securitatem
præstat. Tanta verò vis est præscript. immemorialis ut
firmius & potentius jus sit quod per eam acquiritur, quam
per privilegium *Bald. in l. imperium num. 13. vel sed jus qua-*
situm per præscriptionem. & ibid Ioan Baptist. Caccialup. de S.
Severin. num. 41. & 46. Caspar. Valasc. num. 32. ff. de Iurisd.
omn. judic. Pruckman. cap. num. 15. Tantique m. fit & tantam
vim habet, ut licet per legem vel statutum aliquod præ-
scriptio prohibita sit, tamen hæc nunquam censeatur pro-
hibita & exclusa, etiamsi legis vel statuti verba prohibi-
tiora generalissima sint. *l. 16. ff. de servit. junct. l. ex hoc jure*
S. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & astiv. Felin. in rubr. de præ-
script. num. 18. Pinell. in auth. nisi tricennale. num. 20. C. de
bon. matern. jas. cons. 92. num. 4. vol. 3. Rumin. cons. 13. num.
30. vol. 2. Grat. respons. 61. num. 25. vol. 1. Cail. observ. 161.
num. 2. lib. 2. Mynsing. respons. 48. num. 12. eamque com-
munem Dd. doctrinam esse, dicitur à *Balbo in tractat. de*
præscript. parte 5. partis quintæ principal. quæst. 9. num. 3. & à
Vasq. Illustr. controvers. cap. 82. num. 7. vers. Tenendo par-
tem affirmativam.

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

Quo jure porrò fundata & introducta sit præscriptio
cùm certi tum immemorialis temporis ex discussione
causa-



causarum & efficientis & finalis patebit. *Ferdinandus Vasquius lib. II. Illustr. controu. c. I. testante Valent. Velt- hem. ad Hugon. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 4. q. I. §. 4. Baldus de præscript. p. I. q. 4. Wesenbec. in paratit. de usucap. §. 9. Brunneman in l. 6. ff. de just. & jure, pluresq; alii statuunt omnem usucapionem & præscriptionem esse merum in- ventum juris civilis, adeoque solam legem s. jus civile, quod eas introduxit earum esse causam efficientem, imò reperiuntur, qui existimant præscriptionem pugnare cum J. N. & G. Cujacius in l. 1. ff. de usucap. adeoque reperti sunt Doctores qui media & tutissimâ via incedere volen- tes usucapionem quidem quoad originem legi gentium adscribunt, quoad formam autem & ipsum esse totam eã juri civili deputant, unde necessariò sequi debet, quòd subjectos duntaxat astringat, illius scilicet regionis, ubi ta- le jus viget l. omnes populi ff. de justit. & jur. l. fin. ff. de jurisd. omn. judic. Proinde si lis aliqua inter eos qui superiorem non agnoscunt emerisset usucapionis & præscriptionis jure illam dirimi non posse sed jus tantum naturale & gen- tiũ inter illos servandum esse. Cujus sententiæ omninò vi- dentur Galli qui præscriptionem mero juri civili assignant & hoc *Michael Hospitalius apud Camdenum Historiarum Eli- sabethæ p. I. referente DN. TESMARO Academia hujus Antecessore Celeberrimo, in Comment. ad Hug. Grotium de I. B. & P. c. 4. §. I. docere videtur seq. Quo jure Angli repe- tunt Caletum, eodem m. Lutetiam Parisiorum repetere posse; hanc enim perinde, ac illud bello acquisierant, & utrumq; bello ami serunt. Anglos jus novum in Caletum prætere, Gal- lorum jus ipsi regno esse coævum. Quamvis Angli 230. plus minùs annos possederint, jus tamen penes Gallia Reges fuisse non minùs quàm Ducatũ Aquitania & Normania, quos Angli**

diu armis detinuerant. Gallos Caletum, uti etiam ducatus illos, non bello acquisivisse, verum recuperasse. Præscriptionem temporis, quam allegant, inter Principes locum habere nullum, sed jus semper valere, & ex XII. tabulis adversus hostem æternam esse auctoritatem. Et Author historia Richelii ad annum 1633. Quant à la mouvance de l' Empire, que le Roy estoit bien e loigné d' en demeurer d' accord, puis qu'il pretend la Souveraineté sur la lorraine, & que l' hommage luy en estoit deu; que l' Empire l' avoit usurpé depuis assez long temps sur la Couronne, mais que la longue possession ne donne aucun droit au préjudice des Souverains, puis qu' il n'ya jamais de prescription entre les Grands Princes, qui ne reconnoissant point de Tribunal en terre devant lequel ils se puissent pourvoir, sont tousiours receus à demander leurs droits aux usurpateurs, & à y entrer par la force.

§. 2. Hæc omnia quamvis de ipsis terminis s. limitibus, quibus certi temporis præscriptiones sunt definitæ facile concedi possint, velut olim jure civili constitutum fuerat, ut res mobilis anno ubique uno, si immobilis biennio tantum in Italico solo usucaperetur, quod postea immutatum & Constitutio promulgata, quâ cautum est, ut res quidem mobiles per triennium, immobiles verò per longi temporis possessionem id est inter præsentis decennio inter absentes viginti annis usucapiantur *pr. Instit. de usucap.* Attamen de præscriptione ut sic & in genere considerata, quatenus quoad privatos favore præscribentis in odium negligentis jus suum tempestivè persequi. Inter summas potestates autem ut quies publica conservetur & controversiarum publicarum, ne Regna perpetuis bellis involvantur, aliquis sit finis, introducta est, constanter id ipsum nego atque præscriptionem jure naturæ propter
recti-

rectitudinem quæ eadem est juris civilis & naturalis niti
sequentibus probabo.

§. 3. Ante omnia autem inquirendum, quid intelligatur
per jus naturæ & quid per jus civile s. legale. Sciendum
ergò, quòd omne jus consistat in rectitudine quadam, nam
ideò jus dictum est, ut habetur: *distinct. 1. c. 2* Justitiã autem
non est aliud, quam quædam rectitudo, ergò jus sive na-
turale sive legale in quadam rectitudine consistit. Intel-
ligendum tamen, quod quamvis jus naturale & jus legale
sint distincta, non tamen eorum rectitudo est diversa, imò
est eadem, aliter & aliter sumta. Nam si benè considere-
mus jus legale, non addit super jus naturale aliam rectitu-
dinem sed specificat illam eandem, ita ut verum sit dicere,
quod jus legale sit quædam specificatio naturalis rectitu-
dinis expressiva, habet enim jus legale specificare & exem-
plificare naturalis juris rectitudinem *tripliciter* scilicet,
quandoque eam determinando per congruos modos:
quandoque verò eam applicando ad varios actus: quan-
doque eam declarando per quosdam eventus. Et quod
ita sit, apparet, si discutiamus per omnes istos tres modos.
Exemplum de primo. Jus naturale vult delinquentem pu-
niri, modos punitionis non determinat, quod facit jus le-
gale, utendo rectitudine juris naturalis, scilicet secundum
qualitatem delicti. *vid. Crot. de I. B. & P. lib. 2. c. 20. per totum.*
Exemplum de secundo; Rectitudo juris naturalis est, ne-
mini subtrahendum, quod suum est, jus legale distin-
guit actus ab illa rectitudine, deviantes, scilicet actum fu-
randi & similes; Ultra id ostendit, quomodo unus rapi-
endi, scenerandi aut alius similium illorum actuum plus
deviat à rectitudine juris naturæ, & secundum id majores
& minores pœnas statuit, sic per metum pœnarum præ-
servat

servat in hominibus rectitudinem juris naturalis & sic non addit rectitudinem, sed illam specificat. Sic in scientiis speculativis, quæ veritatem confusam & indeterminatam in generalibus principiis habent, specificantur in specialibus conclusionibus. Rectè sic per jus positivum determinatur rectitudo juris naturalis confusa & indeterminata. Nunc ad propositum, videmus *tertio* quod jus legale quandoque assumat rectitudinem juris naturalis & eam specificat declarando per quosdam eventus. v. gr. assumit à jure naturali, quod rectum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiolem, non tamen potest haberi à dicto jure, utrum sit possibilis aliquis eventus, vel casus, in quo quis possit locupletari cum alterius damno & sine ejus injuria. Et idè specificat postea & declarat intellectus dictæ regulæ in quibusdam casibus in quibus aliquis potest locupletari cum alterius detrimento & sine ejus injuria, sicut in præscriptionibus, eò quòd in eis infertur alicui damnum & tamen non irrigatur ei injuria. Hinc eleganter *Seneca l. 4. de beneficiis c. 38. Cui non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellum optat, si gloriam, agricolam annonæ caritas erigit, eloquentia exoptat pretium litium numerus, medicis gravis annus in quæstus est, Institores delicatarum mercium juvenus corrupta, locupletat, nulla tempestate, nullo igne ledantur tecta: jacebit opera fabrilis.* Nam videmus manifestè, quod ille contra quem currit præscriptio, quamvis patiatur damnum, non tamen patitur iniuriam: quia ipse propter suam negligentiam meretur pati damnum: & idcirco in tali casu, quamvis videatur recedi ab intellectu, quem regula prætenedit secundum literam, non tamen receditur ab intellectu, quem regula juris habuit. Nam si illa in omni casu ad literam servaretur, à
duobus

duobus aliis, quæ sunt de jure naturæ, expressè recederet. Et quod ita sit, apparet: Non enim potest dicta regula in omni casu ad literam servari, nisi præscriptiones tollantur, his autem sublatis, peccatum negligentia, quod est contra bonum publicum, non punitur: & per consequens receditur ab illa regula, jure naturæ, quæ dicit, quod rectum sit peccatum puniri, & maximè peccatum contra bonum publicum, quod dat materiam litium & rixarum. Ulterius, si usucapio & præscriptio tolluntur, receditur ab alia regula juris naturæ: quæ dicit, quod bonum publicum & commune sit præferendum cuicunq; bono speciali & proprio, in remotione autè præscriptionis & usucapionis fit totum contrarium, præeligitur bonum propriū illius, qui negligit repetere rem suam: & dat materiam litium & rixarum & per consequens prætermittitur bonum commune, quod consistit in pacifico communitatis convictu, nam data materia litium & rixarum, per remotionem præscript. & usucap. convictus communitatis pacificus perturbatur. Et ideò præter omnia, hoc est attendendum, quod jus naturale habeat diversas regulas, quæ sunt ita intelligendæ, ut una alteri non contrarietur: itaque sunt servandæ, quòd cum una servatur, contra aliã non peccetur. Et licet hoc satis appareat per ea quæ dicta sunt, tamen possunt adhuc alia duo exempla adduci. Videmus enim quod jure rectum est, ut depositum reddatur ut patet *distinct. l. c. 7.* & tamen gladius depositus furioso non redditur, quia per id vitiarentur regulæ de non occidendo, & de pace inter homines servanda; quarum utraq; ex restitutione posset violari in se ipso, ut in alio *c. 22. q. 2. c. 14.* aliud exemplum videndum *in l. 31. ff. depositi.* Et sic propter rectitudinem juris legalis receditur à litera juris naturæ,

C

naturæ,

naturæ, quod sequendo incideretur in culpam, & hoc facit circumstantia eveniens. Ex quibus omnibus apparet, quod jus legale non addat super jus naturale quandam specialem & novam rectitudinem: sed specificat & declarat illam eandem per quosdam casus, in quibus etsi non servetur rectitudo juris naturalis secundum unam regulam, servatur tamen secundum aliam ut supra ostensum est, vel dicendum: quod in talibus casibus licet non servetur sensus, quem præ tendit secundum literam, servatur tamen quod eadem regula intendit secundum veram intelligentiam. Propter quæ omnia videtur optimè probatum: quod rectitudo juris naturalis & legalis non sit alia & alia, sed una & eadem, aliter atque aliter sumta. Potest a. h. totum quod dictum est, confirmari per *l. 6. ff. de just. & jure*. Nam si esset alia & alia rectitudo juris naturalis & legalis, hoc esset certum ex sua propria rectitudine juris naturalis: ac per consequens in totum recederet à jure naturali: cuius contrarium dicit *l. alleg. 6.* Quapropter imaginari potest, quod ideò jus legale recedere non dicitur in totum à jure naturali: quia ab eo sumit suam rectitudinem, ideò vero dicitur non per omnia ei servire: quia illam rectitudinem videtur immutare, quandoque per additionem quandoque per detractionem, priori modo, quando addit varios actus, ad quos habet applicari, vel congruos modos, per quos habet determinari. Posteriori modo, quando aliquo casu videtur ei subtrahere rectitudinem secundum unam regulam, quam tamen sibi conservat secundum aliam. Propter quæ omnia simpliciter dicendum: præscriptionem jure naturæ niti.

§. 4. Ex ipsa naturali ratione & æquitate illam descendere evincitur, si naturam objecti legis naturalis & civilis

civilis examinaverimus. Objectum legis civilis sunt res indifferentes, quæ bonitatem aut malitiam recipiunt ex voluntate superioris, non verò eam habent intrinsecè. Lex enim civilis sive propria est ea, quæ tale quid præcipit, quod ab initio utrum hoc vel illo modo fieret nihil refererebat *Arist. 5. Eth. 10.* Agibilia Practicorum duo esse genera in concessio est, unum eorum, qui ideo bona & necessaria sunt quia Legislatores voluit, alterum eorum, quæ per se ex lumine naturæ sine antecedente præcepto Legislatoris, sine externa omni voluntatis ejus significatione factu necessaria esse cognoscuntur! Hæc juris naturalis, illa positivi; Eoque res omnis redit, quod jus naturale sit quod recta ratio dicitur, hæc dicitur in se & sua natura honesta esse faciendâ, turpia fugiendâ. Honestâ autem & turpia sunt quæ cum fine ad quem homo conditus est conveniunt vel pugnant, adeò ut jus naturæ sit regula hominibus à Deo mediante intellectu & interno motu sub metu iræ & pœnæ divinæ præscripta, ut secundum illam instituant actiones, honestâ facientes, turpia fugientes, ad obtinendum finem ad quem sunt conditi. aut secundum *Grotium de I. B. & P. l. 1. C. 1. § 10.* Dictatum rectæ rationis indicans actui alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem ac consequenter ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi. At præscriptionem de qua loquimur esse ex genere eorum quæ necessaria sunt in se, nullamque habent indifferentiam atque esse medium absolutè necessarium obtinendi finis ad quem Reges & Principes à Deo sunt destinati, patet inde, quod pax & tranquillitas quam tantopere Christus Rex Regum & Dominus Dominantium commendat, quàm recta ratio omnibus viribus sectandû

suadet, sine ea nequaquam inrer gentes obtineri possit, sine hac controversiæ de Regnis Regnorumque finibus nullo unquam tempore extinguerentur, omnia in mundo perpetuis bellis exposita manerent, nec Reges & Principes ipsi unquam de possessione sua securi essent, unde societatem civilem, cujus conservationem ipse Deus & natura intendunt, *πανολεστρίαν* totalemque destructionem consequi ipsa naturalis ratio dicitur:

§. 5. Patet non minùs ex eo, quod hominum sanæ mentis ductum sequentium sic comparatum sit ingenium ut ad societatem quietè & tranquillè colendam ultro deferantur. Positâ autem societate quicquid adversum eisdem id naturæ humanæ inimicum & quicquid ad instituendam & conservandam opportunum ac necessariû maximè naturale erit. Sed nihil tuendæ societati æquè conducit, quam bellis & controversiis publicis tandem aliquando finem imponi, regnaque & provincias perpetuo discrimine & turbis non involvi, societas enim humana conservari nequit, nisi causæ ac fomenta inimicitiarum tollantur. Cùm ergo præscriptio concordia gentium maximè faveat, dum jurgia & bella inter eas impedit; Credibile sanè est, non abhorrere ab hoc illas voluisse quod tam utile, imò necessarium est, *vid. qua habet Puffend. de I. N. lib. 4. C. 12. §. 5.* Gentes enim ideò volunt esse gentes ut inevitabilibus necessitatibus consulant, deq; insignibus utilitatibus sibi prospiciant, omnes quippe respublicæ ad tranquillitatē institutæ sunt, unde gentes, quia volunt esse gentes, tranquillitatem volunt, cujus gratia civitas vel res publica instituitur colitur: nolent autem tranquillitatem, nisi vellent ea, quæ ad tranquillitatem sunt necessaria.

Plura

Plura argumenta pro præscriptione ex jure naturæ dedu-
 eta, quæ ex tacita relictione peti possunt vide apud Puffen-
 dorff. l. cit. §. 8. & seq. de hoc etiam vid. Herman. Conring. de
 finibus imperii lib. 2. cap. 19. num. 5.

§. 6. Jus Gentium quod attinet: hoc tam altas apud
 moratiores populos radices egit, ut nulla unquam fuerit
 à ratione tam aliena & averfa, quæ præscriptionis jura sal-
 tem propria lege vel consuetudine determinata non
 admiserit: De Romanis non est quod dubitemus. Haud ta-
 men ignoro ab illorum JCultis, & quidem ab Ulpiano
 ipso, usucapionem inter civiles acquirendi domini mo-
 dos relata; Verum pari ratione ac donatio in eum ordi-
 nem computata est; Nempe non quasi naturali æquitati
 adverfetur aut quasi natura non permiserit usucapiendi
 vel donandi facultatem, sed quod Romani hos modos ac-
 quirendi peregrinis inviderint, & suis Quiritibus volue-
 rint esse proprios; proinde ut in multis aliis duos sese
 probuerunt erga peregrinos, vetita ipsis omni testamenti
 factione, hæreditatis aditione; Imo pro hostibus eos con-
 stanter habendo. Usucapione profectò & præscriptione
 Romani ipsi multorum imperiorum possessionem adver-
 sus alios tutati unice sunt; quod nequaquam potuissent, si
 tantum à civitatis suæ instituto omne illud jus profectum
 existimassent. Hinc Livius lib. 23. c. 34. *civitates quas ipse
 cepisset, se liberaturum, quæ sibi traditæ à majoribus essent, ju-
 sta & hereditaria possessione, se non excessurum*; Huic affine
 est quod Plinius de Trajano tradit lib. 20. ep. 112. *Sicut lar-
 gitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita ne mul-
 torum securitas subruatur, factas ante aliquantum tem-
 poris retractari atque in irritum vindicari non oportet.*
 Eoq; non est etiam, quare ex Romanorum civilibus insti-



rutis jura hæc, populis omnibus ex naturæ & gentium ar-
 bitrio communia, æstimemus. Id fanè cum injuria libe-
 rarum gentium fuerit conjunctum, si usucapionem &
 præscriptionem contra Romanos neges valere, qua Ro-
 mani in suam utilitatem contra alios populos usi sunt. Id
 quod tamen multi nimium Doctores non dubitarunt
 profiteri. At vero nobiscum nata, non ex edicto Prætoris
 orta, est naturæ illa lex, Romanis quoq; prudentibus pro-
 dita : *Quod quisq; juris in alium statuerit ut ipse eodem
 jure utatur.* Galli, testibus, Si modo fides illis habenda est
*Boerio decisione 152. num. 1. & Masverio in sua praxi cap. 2.
 num. 1. add. Chass. in consuet. Burgund. rubr. 2. des confiscations
 §. 1. gloss. 1. num. 36. vers: vigesimus sextus casus est,* unifor-
 mem 30. annorum præscriptionem agnoscunt. Hispani
 ut tradit *Gomæsius ad L. Tauri 63. Covarruv. p. 2. sua relect.
 cap. possessor de R. I. num. 6. §. 11.* per omnia ferè juris com-
 munitatis regulas sequuntur, quemadmodum & Itali pleræq;
 sub Christiano nomine florentes respubl. vid. *Grotium de j.
 B. & P. l. 2. c. 4. §. 2. & ibi notam DN. TESMARI.* Imme-
 morialis præscriptionis præsidio usus est Jephtha, dum Re-
 gi Ammonitarum sibi vindicanti terras inter Arnonem &
 Jabocum & ab Arabum desertis ad Jordanem sitas trecen-
 torum annorum possessionem objicit, eiq; Rex Ammoni-
 tarum acquiescit *jud. 11. v. 12. & seq.* Lacones tanquam
 certissimum & apud omnes gentes confessum ponunt,
 possessiones publicas non minus quam privatas tempore
 immemoriali ita firmari ut revelli nequeant, testant.
Platon. lib. 12. de II. & Isocr. in Archidamo, Cujus verba ita
 sonant: *Præterea nec illud vos præterit, possessiones, sive pri-
 vatas, sive publicas, præscriptione longi temporis & confir-
 mari & patrimonii loco habendas persuasum esse omnibus*
 Et

Et quid mirum de præscriptione immemoriali? Cum secundum legem divinam, præscriptione unius anni causa emptoris confirmetur adeò ut post illud tempus neque rescindi contractus possit, neque etiam beneficio anni jubilæi aboleri. *Levit. c. 25. v. 29. 30.*

CAPUT TERTIUM.

§. 1.

Consideratâ hætenus præscriptionis cum temporis certi tum immemorialis ratione ac naturâ, demonstrato quoque ex jure naturali & gentium eam descendere atque in summa æquitate consistere, facile jam negotio quod superest conficere licebit: Reges & Principes superiorem non agnoscentes præscriptione immemoriali obstringi, si legibus naturalibus & gentium eos teneri firmis argumentis evicerimus.

§. 2. Legibus naturalibus Reges & Principes obligari nemo in dubium vocabit, qui divinas, à Deo summo Legislatore, cui quod est in cælo & in terra obsequium debet cordibus hominum inscriptas & insculptas esse perpenderit, teste *Apostolo ad Roman. 2. v. 15.* Sunt certè Reges Deo obnoxii ut superiori Creatori suo Regum Regi, sunt legi divinæ subjecti tam illi, quam humanæ naturæ in ipsa creatione in sevit Deus, quæque ex parte in natura adhuc reliqua est, quàm isti solenni ritu divinitus promulgatæ.

§. 3. Gentium quoque juribus subesse Reges & Principes inde evincitur. I. quòd jura hæc æternam sanctionem omniumq; populorum salutem pro causa agnoscant, nec violanda sint ab ullo homine nato, quæ ex his fontibus scaturiginem

ruriginem ducunt. 2. Arctissimum sint societatis humanae vinculum atque proficiscantur ex intima rerum publicarum natura, adeoque nisi destructa civili societate, omniq; inter genus humanum mutuo commercio penitus sublato, solvi nequeant. Hæc autem quid solvere intendit, Tyrannus potius quam Rex aut Princeps dicendus, hostilemque animum in universum genus humanum induisse censendus sit. Hisce 3. accedit quod non possit ab uno solvi quod ab unius voluntate, cujusmodi sunt jura gentium non dependet. Huic iuri adstrictas esse summas potestates præter Deum superiorem non recognoscentes ipsi scriptores Gallici, pertinaciter alioquin pugnantes contra jura præscriptionis, passim asserunt, inter complures alios videatur tractatus: *Dissertation historiq; & politiq; sur le traitte fait entre le Roy & le Duc Charles touchant la Lorraine*, ubi autor sub finem inquit: *Les souverainetes independantes sont un bien public, ce que les autres ne sont pas: celles-la ne reconnoissent que l'authorité du Droit Civil. j'ajouterois, s'il en estoit besoin, plusieurs Exemples à celles-la & appuyerois ces raisons par d'autres. Summa potestates sunt bonum publicum, id quod cætera non sunt, illa non agnoscunt nisi autoritatem juris publici, hæc verò civilibus legibus subjecta sunt.* Id quod Autor pluribus exemplis & rationibus se corroborare posse asserit si necessitas efflagitaret. Et quæso quis non videt universum hoc politicum æquè necesse habere communi quodam vinculo ceu spiritu, quod est jus quoddam omnibus aut saltem moratoribus gentibus commune contineri ac quamvis peculiarem civitatem, domum seu familiam:

§. 4. Omisâ jam consideratione finis, ad quem creatus homo quâ talis, finem ad quem Reges & Principes

cipes in ordine ad rempublicam à Deo destinati sunt per-
 spiciamus. Rectè *Grotius de I. B. & P. lib. I. c. 1. n. 10.* ab im-
 perio Dei naturæ autoris obligationem juris naturalis ar-
 cessit, siquidem extra dubitationis aleam positum vide-
 tur: juris rationem non dari nisi per imperium &
 rationem indeque iuris naturalis rationem sine impe-
 rio supremi Numinis nullam esse; Hoc autem supre-
 mum Numen cum ex præscripto æternæ suæ legis
 congenitum aliquod lumen & naturale rationis dictamen
 & homini indiderit & inseverit. Impius sane foret Rex,
 qui se huic Dei legi & obsequio eximere vellet eoque se-
 ipsum cum suis incertissimum exitium præcipitem daret.
 Rectè *Bæcl. in Grot. prol. p. 54. ibi.* *An minor est auctori-
 tas in divini Numinis imperio, quo continetur jus natura,
 quam in humano imperio? An molliora jussa natura id est
 Dei quam potestatis humana? An pœna tolerabiliores, quas
 Deus in lege natura minatur, quam quas potestas hu-
 mana lege civili sancit? At pœnæ quæ divinitus immi-
 nent non vitam, corpus, fortunas & quicquid supplicia
 humana intra certum & plerumque brevem temporis
 terminum contingere possunt, afficiant tantum, sed ani-
 mis insuper & in perpetuum minantur. Quod nec Ethni-
 cos latuit; Unde apud Platonem pœnæ eorum qui jus na-
 turæ violassent per singula capita enumerantur, siquidem
 Numinis divini contemptus omnem juris omnis discipli-
 nam evertit & prosternit. In naturalibus causæ inferiores
 in agendo à superioribus dependentes contra superiorū
 efficaciam vim agendi non habent, sic quoque in moralibus.*
 §. 5. Non desunt hoc nostro seculo nec olim defue-
 runt, qui juris hujus naturalis vinculum ita contemnunt,
 quasi nihil præter inane ejus nomen existeret *Vid. Grot. de*

D

I. B.

I. B. & P. in Prefat. & ibi notam DN. TESMARI. Imò in omnium ferè ore est *Euphemi dictum apud Theucyd. lib. 6.* Regi aut civitati imperium habenti nihil injustum quod utile, nec dubitant nonnulli Pseudopolitici, ad Regum ac Principum aures scelestæ hæc occinere ex Lucan. Pharsal.

Sidera terræ

Ut distant & flamma mari, sic utile recto
Sceptorum vis tota perit, si pendere justa
Incipit, evertitq; arces respectus honesti.

Simile illud; In summa fortuna id æquius quod validius, & quæ inter populos aut Reges incidunt controversiæ non jus sed martem habere arbitrum. Hanc verò sententiam absurdam planè atque naturæ contrariam autoritatis sibi nonnihil conciliâsse haud adeò mirum est, cum ad morbum communem humani generis pertineat vitiis patrocinari, accesserunt adulantium artes quibus omnis potestas obnoxia est. Verùm contra exstiterunt nullo non seculo viri liberi, sapientes, religiosi qui falsam hanc persuasivonem animis Regum evellerent ejusq; defensores in prudentia convincerent, Deum esse monstrârunt Conditorum & Rectorem universi, imprimis verò humanæ naturæ parentem quam ideo non uti cætera animantia in species diversas variaq; discrimina segregâisset sed unius esse generis, una etiam appellatione voluisset contineri, dedisset insuper originem eandem, similem membrorum compagem, vultus inter se obversos, sermonem quoque & communicandi instrumenta, ut intelligerent omnes, naturalem inter se societatem & cognationem esse. Huic verò à se fundatæ ceu domi aut civitati summum illum Principem patremfamilias suas quoque scripsisse leges
non

non in ære aut tabulis sed in sensibus animisque singulorū, ubi invitis etiam & averfantibus legendæ occurrerent. His legibus summos pariter ac infimos teneri, in his non plus Regibus licere quàm plebi adversus decreta Decurionum, Decurionibus contra Præsidium edicta, Præsidiibus in Regum ipsorum Sanctiones, quin & ipsa regnorū ac provinciarum jura ex illo fonte dimanare, indeque sanctimoniam suam atque majestatem accipere. Præterea sine juris naturalis observantia ipsos etiam Magnates obstringente necessum esse totum genus humanum perire sole meridiano clariùs evincitur, si perpenderit, quomodo nec parva quidem civitas aliqua vel respublica sine lege consistere possit, certè illam, quæ genus humanum aut populos complures inter se colligat, jure indigere. Quomodo enim universum hoc tot gentibus moribus, linguis differens spretis sanctissimis his naturæ sanctionibus, quas Deus ipsi solas communes esse voluit incolumitatem suam tueretur. Et profectò si consideramus qua in conditione homines essent si omni obligatione à natura ad colendam inter se societatem destituerentur, tunc ipsissimam bestiarum vitam, bellum omnium adversus omnes oriturum.

CAPUT QUARTUM.

§. I.

REstant jam objectiones & argumenta, quæ pro sententia contraria afferri possent, resolvenda. Et i. videtur obstare: Quod Regna & Dominationes sint donum Dei nec ad instar rerum sacrarum in commercio, proinde nec alienari, nec cujuscunque temporis possessione præscribi posse, juxta regulam: *quæ alienari non possunt, nec præscribi possunt.* 2. Quod imperantes jurejurando se obstringant, se omnes regiones, provincias & terras quantas & quales


initio sui regiminis accipiunt, integras conservaturos, nec
 quicquam iis decedere aut avelli passuros. 3. Si quid ad
 imperium pertinens fortè per cessionem, venditionem
 verò oppignorationem alienatum fuerit, id ipsum omni
 tempore ubi opportuna sese occasio obtulerit, redimi pos-
 se, multo magis, siquid vi abreptum, eadem ratione quo-
 cunq; tempore recuperandi facultatem competere, *juxta*
regulam: nihil tam naturale &c. 4. Suadet utilitas publica,
 ea quæ imperii sunt indivulsa permanere, siquidem alie-
 natione permissâ facile Imperium sive Regnum in minu-
 tas partes divelli, ejusque majestas, authoritas & potentia
 imminui imò planè coneidere possit. 5. Imperantem
 non nisi usufructuarium esse Regnorum & Provinciarum
 sibi subditarum, adeoque in posterorum suorum præjudi-
 cium nihil cedere posse. Verum Resp. ad 1. Majestatem à
 nemine nisi à Deo trahere originem utpote quæ illam ut
 sacrosanctum depositum concedidit, idque tale quale
 concessit, ex ipsorum manibus repetit, hoc equidem sen-
 su facilè largimur, quatenus Imperantibus nec circa vitam
 nec facultates subditorum tanta potestas sit concessa, ut
 temerè & pro lubitu de iis disponere possint, sed omni stu-
 dio teneantur personas & bona subditorum tueri, conser-
 vare ac defendere juxta effatum *Apostoli ad Rom. 13.* Nega-
 mus autem Deum unquam voluisse omnes populos, qui
 ab initio fuerunt, usq; ad finem mundi in eodem statu, in
 eadem regiminis forma & penes eosdem Imperantes eo-
 rumq; consanguineos & substitutos successores permanere,
 ut nec legitimis pactioibus nec annorum vi hæc om-
 nia mutari possint. Nemini Principum Deus æviternam
 bonorum temporalium proprietatem addixit, quin po-
 tiùs usum eorundem, quousq; ipsi placuerit, indulxit. Præ-
 fixit

fixit compluribus regnis certas suas periodos, quibus ad-
 impletis hæc destruit aliaque erigit. Terra est Domini &
 omnia quæ sunt in illa; Ipse est, qui transfert sceptrum de
 populis in populos, facitque regere probos & improbos. Et
 quamvis largiamur Principes injusta vi de possessione Re-
 gnorum suorum dejectos retinere adhuc eorundem do-
 minium iisque licere injustè amissa, justo bello datâ occasio-
 ne recuperare, hanc tamen licentiam in omnem perpe-
 tuitatem esse extensam nequaquam esse concedendum,
 siquidem tranquillitas, in qua cum pietate & honestate
 Deus nos vivere jubet, maximè impediretur, si perpetua
 bella foverentur, si nullo unquam tempore Princeps de
 justitia suæ possessionis securus esset. Ad 2. similiter non
 diffitemur Imperantes vi juramenti in actu inaugurat-
 ionis præstiti teneri ad conservationem regionum sibi com-
 missarum. Verum non aliter hoc intelligendum esse
 quam juxta Resp. ad object. 1. temerarias eo ipso aliena-
 tiones & Regnantium socordiam in conservando ac-
 tuendo prohiberi. Ad 3. nititur hoc axioma falsissimo
 atque pernicioso hoc fundamento, potiore utilitatis
 quam æquitatis naturalis habendam esse rationem. Prin-
 cipi convenire, leges, quas in naturali ratione fundatas
 subditis suis præscripsit, non aliter sequi, quam quatenus
 statui amplificando inserviunt, secus ab iis recedere posse
 etiam cum manifesta aliorum injuria. Demonstratum est
 cap. 2. Præscriptionem licet quoad circumstantias & tem-
 porum definitiones induat naturam indifferentis ad eoque
 hoc respectu referendam esse ad jus positivum. Tamen
 in se & ratione suæ originis consideratam esse necessariam
 & ex jure quod naturalis ratio dicitur fluere. Ad 4. Resp.
 Verum quidem esse optimè imperio contuli dum omnes

ejus regiones & provinciæ indivulsæ conservantur. Ast ubi casus inciderit, quò extrema jubeat necessitas uni aut alteri cedere ut totius universi interitus avertatur, sanè major ex hac cessione, quàm pertinaci omnia indivulsè conservandi studio utilitas in republ. redundabit. Quis quæso cessiones & alienationes & huc illuc translationes in pace Monasteriensi & Osnabrugensi totius Europæ bono factas non tales esse judicaverit? quas in æviternum subsistere justum pariter ac æquum est. Ad 5. Reges & Principes veros esse regionum suarum Dominos, non quidem hoc sensu quòd de iis disponendi facultatem habeant pro lubitu, sed pro exigente necessitate & salute subditorum. Patet inde quod sint patres patriæ, idemque jus quod patri competit in liberos & ipsi in subditos habeant, quemadmodum autem illis filiorum venditio *l. 2. C. de patribus q. fil.* sic & his subditorum alienatio in casu necessitatis permessa est.

Hæc de ardua hac materia prælibasse sufficiat. D.O.M. omnium imperantium animis instillet, ut quemadmodum ipsi pro se & successoribus suis quietum & imperturbatum Regimen semper exoptant seque adversus eos qui possessioni immemoriali eos deturbare vellent hoc præsidio se munitas esse statuerent, idem quoque juris in alios statuunt. Hoc nempe, ut quisque faciat aliis, quod sibi fieri vellet, omnibus & singulis sine ullo discrimine hominibus inculcat summus Legislator Christus. Cui pro collata gratia nullus unquam sit honoris & gloriæ

F I N I S.



Quod quoque Magnates teneat PRÆSCRIP-
TIO Summos,
Per specimen præsens, Vir Consultissime, monstras
Digna sago atque togâ sunt hæc molimina, rarum
Edis opus nostro sanè admirabile seculo,
Maçte tuâ virtute! Tibi sublimia curæ
Cùm sint, magnus eris, Te gloria magna manebit.

*Hisce honoribus Prænobilis Dn. Candidati,
Commensalis atq; Amici per dilecti, cum
omnigenæ benedictionis divinæ voto, ag-
gratulatur*

NICOLAUS PRICK, D. Consil. Hasso-
Cassell. Juris ut & Moral. ac Civil. Prof. Ord.
h. t. Academiae RECTOR.



ACCLAMATIO

AD

DOMINUM CANDIDATUM,

Siccine, quæ meruit solers industria dudum,
Nunc doctæ frontis præmia pulcra petis?
Ad decus ô dignum plenis rapiare *quadrigis!*
Non *rota*, non *fragmen* sufficit, eja! *rota.*

Cernis,

Cernis, ut applaudunt dextrâ lævâque sodales?
 Hinc ut Pierides, Delius inde sonat?
 I, tua quò virtus hæc te vocat, is pede fausto!
 Quæ facis, en! cœlo cuncta favente facis.

*Paucis hisce affectum suum erga Dn. Candidatum
 declarare voluit*

W. L. L. Baro à Döringenberg.

Kling- Gedicht.

Der Römer Ruhm-Gedicht so sie in Stahl ge-
 graben:
 Die hat der scharffe Rost schon längst zu Staub gemacht/
 Egyptens Wunder-werck zu Ehr und Lob erdacht/
 Sind man fast gar nicht mehr wo sie gestanden haben.

Stein/Erz/und Stahl sind nur der Eitelkeiten Gabē,
 Wer hat das Ewig-seyn durch sie zu weg gebracht?
 Der Zeiten starcke Faust hat solches außgelacht/
 Und alles umgekehrt als Spielwerck schwacher Knabē.

Du könst/o wehrter Freund / den hartē Zahn der Zeit
 Du suchst das rechte Bild der grauen Ewigkeit;
 So deine Fähigkeit und Kunst heist ewig leben.

Die Seulen so dein Geist hier zierlich auffgericht/
 An diesen bleibt dein Ruhm so ohn beweglich kleben/
 Daß ihn kein Meng der Jahr/kein Rost/kein Strahl
 zernicht

Christian Carl Freyherr von Siech/ u.

H Affia, quæ quondam gignebat pectora tantum
 Martia, nunc etiam Palladis arte viget.
 Nempe quibus *tormenta rotis* Mars bellica traxit,
 Docta sua & Pallas sæpe trophæa vehit.
 Macte animo, patriam lauro, *FRANCISCE*, Gradivi,
 Quam *Pater* ornabat, Palladis arte bea.

Ita Nobilissimo & Consultissimo Dn. Candidato

MAX. PERCELLI, Eth. & Pol. Prof. Ord.

•••••

R Ebus amabilibus lætatur amicus amici,
 Rebus & adversis tristis uterque dolet.
 Est animus concors ambobus & una voluntas,
 Corporibus quia mens una duobus inest.
 Hinc quoque nos hodiè, cum scandis, **AMICE**, cathedram,
 Lætamur tecum; dignus honore redis.
 Nam quos pertruleris sudores atque labores,
 Artis Juridicæ pagina docta docet.
 Te stimulabat enim semper sapientia juris,
 Ut posses Themidos sic penetrare sacrum.
 Accubus libris dum nocte dieque sedebas,
 Semper erant leges unica cura Tibi.
 Justinianeisque impendere gnaviter horis
 Tempora, tendebat fervida vis animi.
 Quid? quòd volvendo sinuosa volumina juris
 Sæpè tuum somnum posthabuisse liquet.
 Hoc facit, ut dulces libes de jure liquores,
 Ac quid lex jubeat, quid veter ipsa, scias.
 Nobilis hæc Fructus sudorum pagina monstrat,
 Quam Tua nunc firmam lingua diserta facit.
 Dissolvis laqueos Musis & Apolline dextro
 Et legum nodos eximis haud faciles.
 Hoc studiosa cohors laudat, miratur & amplius
 Ordo Professorum, præmia datque Tibi.

E

Oigitur

O igitur felix! quem parva scientia juris
Ornat, & ad summum provehit usque gradum!
Macte animo! pergas; omnes gratamur ad unum:
Ut tituli incedas lætus honore novi.
Ut sint perpetui, quos nunc Tibi Pallas honores;
Sit proprium, tribuit quod Themis alma decus.

*Hoc quale quale affectus amicitiaque monumentum
in honorem Nobilissimi Dn. Candidati grata-
bundi posuere*


Ejusdem
CONSALINI.



PRomeritos dudum dum ritè capeffis honores
Et cupis ordinibus Doctorum adtribier almis:
Dum Tibi sublimes alii gratantur honores
Ingeminantq; suum feliciter! en! ego votum
Adjicio exoptans, ut faustè cedat id omne,
Quicquid suscipies, vergant Tibi singula dextrè.
Utque tuas, laudes, ampli queis partibus Orbis
Flamma furit, queis triste gelu, queis temperat æstus
Frigora, diffundat, Nomenq; adscribat Olympo
Fama; diu vivas, sis terq; quaterq; beatus.

*Panca hæc in honorem Nobilissimi Dn. Candidati
adjicere voluit, debuit*


J. H. DOLLMAN




X 261.5939

1017







*F. Stückradt
praescriptio*

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,
DE
PRÆSCRIPTIONE,
Reges & Principes summos

2/1961 8.
800
1682,3

adstringente,
Conscripta
&

Adspirante Divino Numine,
EX

AUTHORITATE ET DECRETO
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
DOCTORUM ORDINIS,
IN ILLUSTRIS ACADEMIA MARBURGENSI
PRO LICENTIA,
Summos in utroque jure Honores & Privilegia
DOCTORALIA

legitimè obtinendi,
PUBLICO SOLENNI EXCELLENTISSIMORUM
DOMINORUM PROFESSORUM Examine

Subjecta
In Augusto Doctorum Collegio
A. D. IX. Calend. Septemb. MDCLXXXII.

FRANCISCO Stückradt/
SONTRA-HASSO.

Marburgi Cattorum,
Typis JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.

